

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Homiliarius (Lectionarius) - Cod. Aug. perg. 16**

**[S.l.], [11. Jh.]**

In nativitate sanctae Mariae

[urn:nbn:de:bsz:31-6697](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-6697)

rum suorum quisquam nul-  
latenus relinquitur. Tunc  
utiq. uitae malae mors ae-  
terna. et uitae bonae. uita  
retribuetur aeterna. Qua  
propter ut appareat. quia  
uitam aeternam certissime  
diligamus. uita nobis bona  
perseueret in opere. uitam  
bonam habeamus in testimo-  
nio. ut uitam aeternam ac-  
cipiamus in praemio. prae-  
stante dno nro ihu xpo. cui  
sit laus et gloria per infinita  
saecula saeculorum Amen.

**INNATIUI**

**UATG**

**SCAG**

**OOARIAG**

**DEST**

**NOBIS**

dilectissimi optatus dies bea-

tae ac uenerabilis semper uir-  
ginis mariae. Ideo cum sum-  
ma exultatione gaudeat ter-  
ra nra. tantae uirginis illu-  
strata <sup>ac</sup> accessu. Haec est eni  
flos campi. de qua ortum est  
praeciosum lilium. per cuius  
partum mutatur natura  
plasterumq. deletur et culpa.  
Praecisum est in ea illud euae  
infelicitatis elogium quo  
dicit. In tristitia paries fili-  
os. quia ista in lactitia dnm  
parturiuit. Eua enim lu-  
xit. ista exultauit. Eua la-  
crimas. maria gaudium in  
uentre portauit. quia illa  
peccatorem. ista edidit inno-  
centem. Virgo quippe genu-  
it. quia uirgo concepit. In-  
uiolata peperit. quia in con-  
ceptu libido non fuit. Utru-  
biq. miraculum. et sine cor-  
ruptione grauida. et in partu

ii

uirgo puerpera. Aue inquit  
angelus ad eam gratia plena.  
dn̄s tecum. Impleta est gratia.  
et euacuata est culpa. Ma  
ledictio euae. in benedictio  
nem mutatur mariae; aue  
gratia plena. dn̄s tecum.

Tecum dn̄s in corde. tecum in  
uentre. tecum in utero. tecum  
in auxilio. Gratulare beata  
uirgo. Xpc rex ex caelo suo.  
in utero tuo. Ex sinu patris.  
in uterum dignatur descen  
dere matris. Benedicta in  
quit tu in mulieribus. quae  
uitam et uiris et mulierib.  
peperisti. Mater generis  
nr̄i. poenam intulit mundo.  
genitrix dn̄i nr̄i. salutem  
attulit mundo. Auctor  
peccati aetna. auctor meriti  
maria. Eua occidendo ob  
fuit. maria uiuificando  
profuit; percussit illa. ista

sanauit. Per inoboedientia  
enim oboedientia commu  
tatur. fides pro perfidia com

iii. pensatur. Laeta igitur ma  
ria gestat infantem. exultat  
amplexatur filium. portat  
a quo portatur. Nec fortui  
to ut fingunt sabelliani rep  
perit paruulum. sed decursis  
nouem mensibus peperit xpm.

Plaudat nunc organa maria.  
et inter ueloces articulos.  
tympana puerperae concre  
pent. Concinent lactantes  
chori. et alternantib. modu  
lis. dulcisona carmina misce  
antur. Audite igitur. quem  
admodum tympanistria  
nr̄a cantauerit; ait enim;

Magnificat anima mea dn̄m.  
et exultauit sp̄s meus in dō  
salutari meo. Quia respe  
xit humilitatem ancillae  
suae. ecce enim ex hoc beata

me dicent omnes generatio-  
nes. Quia fecit mihi magna  
qui potens est. et sem nomen  
eius. Causam igitur inuale-  
scens erratus. miraculum no-  
uum noui partus euicit. et  
deuac planctum. mariae  
cantus exclusit. Deniq. post  
illius benedicibilis praesagi-  
um. dum tacita secum uirgo  
mentis altercatione conflu-  
git. qualis esset ista salutatio.  
nuntius interim celestis exe-  
quitur. Nec timeas maria.  
inuenisti gratiam apud dnm.  
Ecce concipies in utero. et pa-  
ries filium. et uocabis nom-  
eius ihm. At illa. Quomo-  
do inquit fiet istud quo ui-  
rum non cognosco. Et ange-  
lus ad eam. sps ait scs super-  
ueniet in te. et uirtus altis-  
simi obumbrabit tibi. Ide-  
oq. quod nascetur ex te sem.

uocabitur filius di. Jam au-  
disti quomodo fiet hoc. re-  
sponde nunc uerbum uitae.  
Audisti quomodo fiet hoc.  
quia sps scs superueniet in te  
ut prolem gignas. et uirgini-  
tatem non amittas. filium  
proferas. et post partum in-  
corrupta permanear. O bea-  
ta maria. saeculum omne  
captiuum tuum deprecatur  
assensum. tēdo mundus sue  
fidei obsidem fecit. Noli  
morari uirgo nuntium. fe-  
stinanter responde uerbu.  
et suscipe filium. Da fidem.  
et senti uirtutem. Ecce in-  
quit ancilla dñi. fiat mihi  
secundum uerbum tuum.  
Nec mora reuertitur nuntius.  
et uirginalem thalamum  
ingreditur xpc. Efficitur  
sub typo praegnans beata  
genitrix. et cuncta pers. eccu

la praedicatur. Haec felix  
conceptit mox ad credulitate  
uerbi. uiriliter ignara consortii.  
Impletur uterus. nullo ample  
xu humano pollutus. Extat  
ergo uirgo cum concipit.  
uirgo grauida. uirgo cum  
parit. et uirgo post partum.  
Praeclara ergo illa uirginitas  
et gloriosa fecunditas.  
Exultat maria. et matrem se  
laeta miratur. et de spu sco  
se protulisse gaudet. Nec  
quia peperit innupta terre  
tur. sed quia genuerit cum  
exultatione miratur. Gau  
deamus et nos frs. indie tante  
uirginis. quae dum despon  
saretur fabro. caeli nupsit  
Architecto. promittitur  
enim ei filius. per uisitatio  
nem sci sps. Haec illa audi  
ens gaudet. cupitq. effici  
mater. Quid igitur mirum

si sine corruptione nascitur. qui  
descificatione concipitur.  
Non enim decebat ut ille qui  
nobis afferebat salutem. ma  
tri praeriperet integritatis  
dignitatem. Nam qui terra  
mari caeloq. non capitur.  
Intra unius corpusculi mem  
bra suscipitur. Haec est illa  
nouitas hieremiae prophetae  
uaticinio praenuntiata. Fa  
ciet inquit nouum dñs super  
terram. faemina circumda  
bit uirum. O faemina sup  
faeminas benedicta. quae  
uirum omnino non nouit.  
et uirum suo utero circumdedit.  
Circumda uirum maria. ange  
lo fidem dando. quia acua  
perdidit uirum serpenti con  
sentiendo. Salutatur ange  
lus puellam uiri salutatio  
nis ignaram. Territur uirgo  
nouitate uerborum. Ad qua

angelus quod superius prae-  
tulimus dixit: Nec timeas  
maria. inuenisti enim gratiam  
apud dominum. Ne inquit a con-  
spectu meo terrearis mater  
domini mei. Ego conceptionis tue  
minister adueni. Non ut uir-  
ginitatem amitteres interue-  
ni. Ipse me misit ad te. qui est  
nasciturus ex te. Concipies  
enim et paries filium. non  
cuiuslibet meriti hominem  
sed totius saeculi saluatorem.  
Recole maria in libro esaias  
prophetae uirginem quam  
parituram legisti. et gaude  
atque exulta quatuor esse me-  
ruisti. Tu ibi praefigurata es  
uirgo. tu ecce concipies in u-  
tero. non de uiro sed de spiritu  
sancto. Et grauida eris. et incor-  
rupta manebis. Paries qui-  
dem filium. et uirginitatis  
non patieris detrimentum.

Efficeris grauida. et eris ma-  
ter semper intacta. Senties  
pondera uentris. et pudorem  
non perdis castitatis. Intume-  
scunt ubera tua. et intacta  
manent genitalia tua.

Atilla dixit. Ecce ancilla domini.  
fiat mihi secundum uerbum tuum.

O felix oboedientia. O insignis  
gratia. quae dum humilitate  
fidem dedit. caeli in se opifi-  
cem corporauit. Impleuit  
in ea dominus quod dudum praedixerat.

Oboedientiam malo quam sacri-  
ficium. et scientiam dei plus  
quam holocaustum. Haec  
fuit uerae oboedientiae. omni  
sacrificio gratior. haec uo-  
luntas cunctis hostis accepti-  
or. hinc praemeruit gloriam  
quam ipsa post modum clau-  
sit. Ecce ait ex hoc beata  
me dicent omnes generationes.

O beata maria. quis digne tibi

ualeat iura gratiarum et lau-  
dum praeconia rependere.  
quaesingulari tuo assensu  
mundo succurristi perditio.  
Quas tibi laudes fragilitas  
humani generis persoluit.  
quaesolo tuo commercio re-  
cuperandi aditum inuenit.  
Accipe itaq. quascumq. exiles.  
quascumq. meritis tuis im-  
pares gratiarum actiones.  
et cum susceperis uota. Cul-  
pas nras excusa. Admitte  
nras preces intra sacrarium  
exauditionis. et re portano-  
bis antidotum reconciliati-  
onis. Sit per te excusabile  
quod per te ingerimus. sit  
impetrabile. quod fida men-  
te poscimus. Accipe quod  
offerimus. redona quod ro-  
gamus. excusa quod time-  
mus. Sca maria succurre miseris.  
liuia pusillanimes. refoue

flebiles. Ora pro populo. in-  
terueni pro clero. Intercede  
pro deuoto faemineo sexu.  
sentiant omnes tuum leua-  
men. quicumq. celebrant  
tuum natalem. Assiste pa-  
rata uocibus poscentum. &  
repende omnibus optatum  
affectum. Sit tibi assidue  
exorare pro populo di. que  
meruisti benedictam precium  
proferre mundi. Qui uiuit  
et regnat in saecula seculorum. Amen.

**I**TEM SER-  
MO  
DE EODIEM  
DIE.  
CIENTES  
frs dilectissimi  
auctori nro mul-  
tum nos debere conditos.  
plus redemptos. Redem-  
ptionis nrae commercium  
ueneremur. et illum sacra-